Quelle: http://manuscripta.at/?ID=922
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

bat mentem predicto fratri. Ille uero
angelus cum eodem simul fratre in-
tercedentibus de longe in parte
alia steterat. Quibus ante thronum sup-
pliciter premia postulantibus, uox
de throno audita est in respon-
sum eis data. Exempla edifica-
tionis aliis facere debuerunt, sed non
fecerunt. Hic etiam eis in responsum
amplius additum est. In illo quoque tam
preclaro ordine sacerdotum sanctos
Dionisium, Martinum, Amandum
et Hylarium cognouisse se as-
serit. Tunc etiam, ut asseruit,
cohortante angelo per-
rexerunt ubi beatorum martirum multi-
tudo innumerabilis inesti-
mabili gloria perfulgebat. Is-
ti sunt ait angelus quos gloriosi cer-
taminis triumphus ad tantam
gloriam peruexit quos uos in ec-
clesia honore excolitis. Ad
honorem et laudem dei quos in-
tercessores pro indulgentia
peccatorum uestrorum querere debemus.
Quos cum simili supplicatione
humi prostrati exorarent sta-

tim sine ulla dilatione ad thronum
diuine maiestatis tendentes
prostrati ueniam pro indulgentia
peccatorum eorum poposcerant. Quibus a thro-
no uox ut ante emissa est di-
cens: Si eos quos male uiuen-
do et exemplo sue peruersitatis il-
lexerant ad malum et a uia uerita-
tis in uiam erroris depravando
eos deduxerant correxerint et ad
uiam ueritatis reduxerint, remissas
ea. Illis autem interrogantibus quomodo hoc
ab eo correctio fieri potuisset,
ut ad remissionem postulatam
peruenire potuissent, iterum uox
de throno ad eos facta est. Conuo-
cent inquit omnes quos suo exemplo
aut doctrina ad illicita agen-
da in laqueauerant, prosternat se
ante eos et profiteatur se male e-
gisse et docuisse et postu-
let ueniam ipsosque peccatores pro dominum
omnipotentem et sanctos omnes, ut hec
mala uiterius nec agant nec doce-
ant. Illis interim in parte de
longe stantibus sic in priori sacer-
dotum intercessione inter quos sanctos